

Monatlicher Beytrag

zu den

Budisinerischen wöchentl. Nachrichten.

August 1784.

In Iosephum II.

Contudit Alcidae Lernæam fortiter hydram
Virtus, et nodis aspera claua suis.
Victa superstitio Lernæa dirior hydra
Est pietate boni, consilioque Ducis.

Ad Cæsarem Baronium.

Petrum, tu credis, Romæ fundasse cathedram:
Prisca fides constat, fama perennis erit.
Haud secus Islebias, Petrum fundasse cathedram;
Nonne facer piscis factus in Vrbe cibus?
Ergo quis dubitet, quod credibile esse negatur,
Credere vos ambo, maxime Præsul, idem?

In discessum Comitis Ascanii.

Albim si peteres, manibus te Saxo libenter
Hinc ferret; gelidi sed petis arua poli.
Ad tibi sit Dominus*, proprium qui noluit esse
Genti, quod donum gentibus ipse dedit.

*) Judicum VI. 12.

In eundem.

Cetera digrediens hinc abstulit omnia secum
Ascanius, remanent gloria, amorque Viri.

5

*
Wider